Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26281
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ut illi miserie quam exponitis non liceat subuenire. Ob
secro uos per eum qui pro uobis crucifixus est: ut satis afflic
tos amplius cruciare parcatis. et tristiciam super tristi
ciam addere desistatis. Ego ut uerum fatear sic pro
hac ecclesie generali quamuis scissura affectus sum ut
tedeat animam meam uite mee. In uobis et uestris
in pace quiescentibus.

WILLELMO Dei gratia egregio comiti pictauorum
et duci aquitanorum. hac eadem gratia bur
gundie dux. timere tribule et eum qui aufert spiritum
principum. Errorem uestrum ultra dissimulare non ua
leo quippe carne propinquus et corde amicus. Si quis
de proposito deuiat solus perit. uerum principum error
multos inuoluit et tantis obest quantis preest ipse.
Nec presumimus sic scitis ut predamur sed ut subiectos
regamus. Per quem reges regnant ipse nos prefecit
populis suis per nos tuendis non subuertendis. plane
ecclesie sue sancte ministros non dominos. Cum uos mini
sterio cum digne alias pro uiri magnitudine po
tentatus et laudabiliter deseruisse noscamini.
miror quanam uersutia in uestra illa prudentia circum
uenta fuit eandem matrem uestram et dominam de
serere in tempore malo. Nisi forte uobis et huius uestri illi
consiliarii persuadere conentur ad sola petri leonis